



Zur
Gräfl.vom Hagen'schen
Majorats - Bibliothek



MÖCKERN
gehörig.

№ 1411







Q. D. B. V.
COMMENTATIONES QVASDAM
AD LEGEM CORNEL.

DE
SICARIIS,

SVB PRAESIDIO
DOMINI

SIMONIS PETRI GASSERI, ICT.
POTENTISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSI-
LIIS INTIMIS, ITEM BELLIC. ET DOMANIAL IV-
RIVM ET RERV OECONOMICO-CAMERALIVM
PROFESSORIS ORDINARI, SCABINATVS IN DVCA-
CATV MAGDEBVRGICO ADSESSORIS, FACVL-
TAT. IVRID. H. T. DECANI,

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE
HONORIBVS RITE CAPESSENDIS,

D. XIV. MART. clo Iocce XXIX.

H. L. Q. C.

PVBLICE VENTILANDAS EXHIBET

AVCTOR,

IACOBVS BENEDICTVS WINCKLER,
LIPSIENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE

TYPIS IOANNIS GRVNERTI, ACAD. ET SENAT. TYPOGR.

COMMENTATIONES · QUASDAM
AD LEGEM CORNELII

DE
SICARIIS

SIMONIS PETRI APOSTOLI
POTESTATEM FORVENSIS LEGIS A JONIA
LITTELLINE NEM BELLE IN DOMANAL IN
RIVM T. SERVUM OCO. NITIO CAMERALIVM
PROGRESSO ORNITARI SEARITATE IN DVCA
CATV MAGDVRBO AD ABBATIS BRVNI
LAT. IVRIS. H. A. BRVNI

PRO SVMMIS IN VTIQVOTE IVRE

HONORIS EITE CASSENDIS

IN VII. MARTE. DE JOE XALIS

M. F. C.

PREFACE NITIVM DE BRVNI

JACOBVS BENEDICTVS WINCKLER
LITTELLINE

MAINE MAGDVRBO

THE IOANIS CRVNTI NEM ET BRVNI



ORDINIS IVRE CONSVLTORVM

IN

ACADEMIA HALLENSI

H. T.

DECANVS

SIMON PETRVS

GASSERVS, ICT.

POTENTISSIMO BORVSSIAE REGI A CON-
SILIIS INTIMIS VT ET BELLICIS ET DOMA-
NIAL. IVRIVM ET RERVM OECONOMICO-
CAMERALIVM PROFESSOR ORDINARIVS SCA-
BINATVS IN DVCATV MAGDEBVRGICO
ADSESSOR

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.



ORDINIS IVRE CONSULTORII

IN

ACADEMIA HALLENSIS

DECANUS

SIMON PETRVS

GASSERVS, ICT.

PRÆFECTUS UNIVERSITATIS REGIAE
SACRAE THEOLOGICAE ET IURIS
MAGISTRUM ET IURIS CONSULTORUM
CAMERARUM PROFESSOR ORDINARIUS
HALLAE IN DUCATU MAGDEBURGENSI
ADDRESSOR

LECTOR HALLENSIS

1711






OECONOMIA.

- §. I, II, III, IV, V, VI. *de Sulla, legis conditore, eius potestate & moribus, legisque ferendae causa.*
- §. VII, VIII. *de sicario, eiusque significatione propria, impropria, & latiori, itemque de relo.*
- §. IX. *de notione sicarii patentiore ex mente legis.*
- §. X. *de partu exposito.*
- §. XI. *de Maiestatis & parricidii crimine.*
- §. XII. *de his, quae pares habentur sicariis, & de discrimine inter eos puniri sicarium, puniri pro sicario, & puniri Leg. Corn. de sicariis.*
- §. XIII. *de ueneficis, ueneno malo, & quid inter sit inter sicarium & ueneficum.*
- §. XIV. *de his, qui, ut sicarii, leg. Cornelia tenentur.*
- §. XV. *de animo occidendi, eiusque nota, non indubitata.*
- §. XVI. *Indubitata.*
- §. XVII. *Notae indubitatae uberior explicatio.*
- §. XVIII. *Remouetur dubitatio ex lege C. de emendatione feruorum.*
- §. XIX. *de uulnerato.*
- §. XX. *de moriendi necessitate.*

)

- §. XXI. *ulterior de animo occidendi commentario.*
 §. XXII. *de illo, qui, hominis occidendi, aut furti faciendi, causa, cum telo fuerit.*
 §. XXIII. *de discrimine inter hos & sicarios.*
 §. XXIV, XXV. *de acceptione doli pro facto. Eius rei copiosior declaratio.*
 §. XXVI. *de signo uero simili, aliquem cum telo, hominis occidendi, aut furti faciendi, causa, ambulasse.*
 §. XXVII. *Causarum quarundam compositio.*
 §. XXVIII. *de Mandatore caedis.*
 §. XXIX. *de obligatione mandantis, & poena.*
 §. XXX. *de percusso a multis.*
 §. XXXI. *Constitutio legis hac de re.*
 §. XXXII. *de Expositione partus.*
 §. XXXIII. *de L. XI. s. i. ad L. Aquil.*
 §. XXXIV. *de publico iudicio, & poena legis.*
 §. XXXV. *de immunitate eorum, qui iure caedem committunt, De latrone.*
 §. XXXVI. *de fure,*
 §. XXXVII. *Eiusque deprehensione.*
 §. XXXVIII, XXXIX, XL. *de aggressore, & illo, qui aliquem in uitae periculo constituit.*
 §. XLI. *de illo, qui aggressorem, in potestatem redactum, occidit.*
 §. XLII, XLIII. *de homine, casu occiso.*
 §. XLIV, XLV. *de iusto dolore.*
 §. XLVI. *de seruo, domino succurrente.*
 §. XLVII. *de ebrietate & ira.*
 §. XLVIII. *Conclusio.*





I. N. 7.

§. I.



Ex Cornelia, ficariis

infesta & ueneficis, nomen sortita est a (a) Lucio Sulla, gente Cornelia oriundo, qui, profligato ciuili bello, quod Marianarum duces partium inferebant, nouo exemplo, sui- que metu nominis, dictaturam, libertate legum abrogandarum & constituendarum, aliaque exornatam praerogatiua, consequutus, animum ad coercendam ueneficorum & ficariorum audaciam adiecit.

§. II.

Eo grauior Sullae causa erat illis obuiam eundi sceleribus, quo latius ea culpa ipsius & cupiditate erant

(a) Seneca de Prouid. c. 3.

rant dissipata. Etenim ipse, hoste prostrato, cunctos, quicumque immani exstitissent animo, crudelitate superans, bonis initiis, ut ait ille (b) malos habuit euentus. Primus tabulas proscriptorum proposuit, quibus omnes (c) diuersarum partium, duces, fautores, occidendos denotabat, omnes denique, quicumque ipsi uidebantur, uita spoliabat. Quam ob rem multitudini eorum, qui Sullae imperio, ob illata illi arma, perierunt, haud cessit istorum numerus, quibus uel fortunarum amplitudo, uel priuatae dissensiones & inimicitiae, (d) perniciem attulerunt.

§. III.

Neque Romae haec solum committebantur, sed per omnem Italiam (e) proscribat Sulla, totamque caedibus implebat. Quae a Sulla imperata (f) Magistro, ut Tullio (g) uidetur, pestiferorum uitiorum, luxuriae, auaritiae, crudelitatis, non dissimilis exercitus, neque dissimile hominum genus, exsequabatur. Quo enim arctius suos ille coniungeret sibi milites, eisque uteretur promptioribus ad inferenda patriae arma, multa illis non ex more Romanae disciplinae indulgit, multa donauit, raptis, quae dono daret. (h) Qua quidem re id effectum est, ut largitionibus exhaustus, ipsa spoliaret templa, in quibus
Græ-

(b) Sallustius Bello Catil. c. 11. (c) Appianus Bell. Ciu. L. I. (d) Plutarchus in Sulla. (e) Plutarchus in Sulla. (f) Epitom. Liuii Libr. 88. (g) de Finib. bon. & mal. L. 3. c. 23. (h) Plutarchus in Sulla.

DE SICARIIS.

3

Graecia illud in primis deplorat, quod in illa regione celeberrimum, (i) Delphis Apollini consecratum erat.

§. IV.

Hic est ille uictor exercitus, cui caedem ciu-um, ex ciuitate exactorum, Sulla committebat. Qui, cum fauente uteretur Sulla, neque feuro regeretur imperio, rapinis, luxuriae affuetus, Diis, quorum fama expilauerat, hominibusque infensus, non eos solum, quos Sulla nominauerat, sed alios etiam complures, alium ex alia causa, morte afficiebat. (k) Non praetermittendum existimamus Lucii Catilinae infigne scelus, qui, necato fratre, quo ille caesus iure uideretur, eundem, iam occisum, (l) proscribendum curauit. Cum frater fratri impune afferret manus, caedibus rapinis, non Roma solum, sed uniuersa redundaret Italia, & haec omnia moderaretur crudelitas, auaritia, libido, summa imis miscebantur. Qua de re Sallustius, Rapere, ait, (m) omnes, trahere, domum alius, alius agros capere, neque modestiam uictores habere, foeda crudeliaque facinora in ciues edere.

§. V.

Cum Sulla militem sanguine ciuium & sociorum abunde pauisset, ultimam operi manum impo-nens, ita animo affectas legiones septem & quadra-ginta, (n) si Appianum sequimur, tres & uiginti in
A 2 agros

- (i) Plutarchus in Sulla. (k) Plutarchus in Sulla.
(l) Id. in Sulla. (m) Salust. Bell. Cat. c. 11.
(n) Liu. Epit. L. LXXXIX.

agros deduxit. (o) Qua ratione malum diffeminatum est. Tot fere per cunctam Italiam raptores uideres, tot ficarios, tot sceleratos, quot Sulla ad colendum agrum dispererat milites. Quorum animi in omni flagitio adeo erant infixi, ut mores suos, ne Sulla quidem mortuo, commutarent. Qua de re ita Chaeronensis, Sullae, inquit, milites (p) in agros ducti, rapinas iterum, & direptiones locupletium somniare, & Catilinae in petitione consulatus auxilio accurrere.

§. VI.

Neque Romae minus erat grauis tribus Cornelia, quam idem Sulla ex decem millibus ualentissimorum feruorum, quos libertate donauerat, conflauit, qui ex ipsius nomine Cornelii uocati sunt (q) Non immerito animum aduertas in callidissima Sullae consilia, quibus amantissimam libertatis rempublicam ita iugo subdidit, ut, quo minus imperaret, per ipsum solum modo stetisse uideatur. Verum, cum in tanta effrenatorum hominum copia nemini uita salua, resque essent securae, necessitate coactus Sulla, ne grauius perturbaretur respublica, in cohibenda sceleratorum audacia, lege, quam explicandam suscepimus, perlata, diligentius elaborauit.

§. VII.

Indicauimus legis auctorem causamque. Nunc, qui sint ficarii, qui sint uenefici, quo discrimine alter

(o) de Bell. Ciu. L. I. (p) Plutarchus in Sulla.
(q) Appianus de B. C. L. I.

ter ab altero fit separatus, exponemus. Sicarius, Græcis effertur (r) *Σικαριος, Σικαρις*, quem verbo *ἀνδροφόνου* iidem luculentius significant. Basilio (s) *Φονευσῆς*, Harmenopulo (t) *Φονῆς*, uocabulum in usu est. Sicarii Romanis dicti sunt, *παρὰ τῆν σίκαν, ἡ ἔστι σιδηρὰ μάχαιρα.* (u) Haec clarius exposuit Iustinianus, Sicarii, inquit, *appellantur a sica* (x) *quod significat ferreum cultrum.* Quae his fuerit forma (y) alii disputent. Scitu magis dignum uidetur, quod ex his uerbis intelligimus, sicarios ad patrandam caedem ficas illas ferreas saepissime adhibuisse, & ex eo sicariorum nomen a uulgo adeptos esse. Quod tamen ad homicidas, qui etiam alio (z) modo caedem faciebant, traductum est. Itaque Fabius, sicarios, inquit, per abusum omnes uocamus, qui caedem quocunque (a) telo committunt.

§. VIII.

Quam dicendi rationem leges sunt secutae. Itaque non est reputandus pro sicario ille tantum, qui hominem sica occiderit, sed quicumque, (b) telo fiat

A 3

quo-

- (r) Labbaei Glossarium (s) in libris βασιλικῶν
 (t) in Promptuario iuris L. VI. c. 6. §. 1.
 (u) Labbaei Gloss (x) Institut. de publ.
 iud. §. 5. item Vinnius ad h. l. (y) Brisson.
 de uerbor. signif. Pitiscus. Car. de Aquino in
 Lex. Milit. (z) Paulus Sentent. L. V. tit.
 XXIII. (a) Quintilian. L. X. c. 1. Hottomannus ad h. l.
 (b) Paul. Sent. L. II. tit. XXIII.

quolibet, uitam alicui ademerit. Quod ex eo in primis est manifestum, quia lex non ab eo solum, qui hominem occiderit, sed etiam, qui hominis occidendi, aut furti faciendi causa cum telo fuerit, facriorum poenas expetat. (c) Teli autem notio, non, (d) si ueteres spectes, sed, si cum iure consultis loquaris, multa armorum genera complectitur (e) *Telum*, enim, est omne illud, quod ab arcu, etiam, quod a manu emittitur, siue fustem (f) iacias, siue ferrum, siue lapidem, quae interpretatio in Lege (g) duodecim tabularum locum habebit. Quod apertius Paulus enarrat, (h) *Telorum*, ait, appellatione, omnia, ex quibus singuli homines nocere possunt, accipiuntur. Distinguere Paulus telum videtur uoce *singulorum* (i) a tormentis, machinisque bellicis, quibus regendis unius hominis opera par esse non solet. Addit, *Nocere* possunt. Quod uerbo *teli* conuenienter accipiendum, Genus igitur instrumenti quodcunque, quo homo uulnerari & interfici queat, pro telo habendum est, modo, ut Pauli est sententia, illud singulis ad pugnam seruiat,

§. IX.

-
- (c) L. I. princip. h. t. (d) Fest. in uoc. arm.
 (e) §. 5. Instit. de publ. iud. L. 233. de uerb. signif. (f) L. 7. §. 1. ad Leg. Aquil. (g) Tab. 2. Theophilus L. IV. h. t. (h) Lex XI. §. telorum 1. ff. ad Leg. Iul. de ui publ. L. 54. §. 2. de furt. Alb. Gentilis ad L. 233. de Verb. signif. Paulus L. 9. ff. de ui publ. (i) Lectionem laesit Schulting. in Iurispr. Anti-Iustin. p. 436.

§. IX.

Ex sententia tamen legis Corneliae latius patet uox sicarii, & omiffa teli mentione, cunctos comprehendit, qui hominem (k) occiderint, causamque (l) mortis praebuerint. (m) Qua de re Tullius, omnes, inquit, qui caedem commiserunt, uiros, mulieres, liberos, seruos, lex uocat in iudicium. Quod ita ex iure temperamus, ut tanquam sicarii uniuersi teneantur, qui rei (n) intellectum capere possint. (o) Frequens igitur in legibus mentio fit homicidae, ut eius, qui inter sicarios reus constituitur. Neque minus homicidii uerbo illud indicatur facinus, in quod lege de sicariis animaduertitur. (p) Dicit lex, qui hominem occiderit, causamque mortis praebuerit. Ex quo id depromimus argumenti, de quocunque, qui hominem conciderit, aut mortis ei causam dederit, Lege Cornelia quaestionem esse habendam, quamuis haud adeo pauci, quos commemorabimus deinceps, si (q) crimen innocentia purgauerint, (r) absoluti, poenae subducantur.

§. X.

- (k) L. I. princ. ff. ad Leg. Corn. de sicar. & uenef.
 (l) L. 15. ff. h. t. (m) Tullius pro Cluent.
 c. 54. (n) L. III. princ. ff. de Reg. Iur. L.
 XXIII. de furt. L. XIV. de Scto Siliano
 L. V. §. 2. ad L. Aquil. (o) L. I. §. 3. ff. L.
 III. C. h. t. Paulus Libr. sentent. V. t. 23. Au-
 ctor Collationis LL. Mosaic. & Roman. §. 5.
 Instit. de publ. iudic. (p) L. I. C. h. t. L. 5.
 C. eod. Paulus l. c. Auctor LL. Mos. & Rom.
 (q) L. VI. C. h. t. (r) L. I. §. 3. ff. ad L. Corn.

§. X.

Illud silentio praeterire noluimus, in sicariorum numero eam non esse ponendam mulierem, quae, data opera, partum abegit. Partus enim, ante, quam prodit (s) in lucem, *homo non recte fuisse dicitur*, sed habetur *pro mulieris portione*, aut (t) *parte uiscerum*, ideoque mulier non annumeratur parricidis, sed (u) uim intulisse uisceribus suis dicitur. Vacua igitur a metu legis Corneliae, cuius supplicium declinat, grauiore exilio, (x) poena, non afficitur. Illud tamen Lege Cornelia mutatum uidetur, quod mulier nunc omnis, quae partum consilio perdidit, sit mittenda (y) in exilium. Quod animaduersionis genus antea in illis solum habebat locum, quae maritum (z) liberis defraudassent. Iste autem, qui dedit poculum abortionis, *dolo non facere uidetur*, neque tam dolo reus fit, quam mali (a) odio exempli. Qua etiam de causa nihil in eum constituit Lex Cornelia.

§. XI.

Nec tamen uindictam homicidii, quod consulto admittitur, semper Lex expetit Cornelia, sed, pro re suscepta, uel (b) Pompeiae de parricidis, uel constituitur.

-
- (s) L. IX. §. 1. ff. ad Leg. Falc. (t) L. I. §. 1. de inspic. uentr. custod. part. (u) L. VIII. ff. ad L. Corn. (x) L. XXXIX. ff. de poen. (y) L. VIII. ff. h. t. (z) L. IV. ff. de extraord. crim. L. XXXIX. ff. de poen. (a) L. XXXIIX. §. 5. ff. (b) uid. h. t. ff.

stitutioni (c) Iuliae Maiestatis locum concedit. Et initio quidem (d) legis Corneliae seueritas parricidas quoque affligebat. Nunc autem, cum Parricidarum (e) supplicium sit uehementer auctum, ille, qui patrem, matrem, & si quos alios (f) Pompeii Lex memorat, improbe necauerit, ut parricida extinguetur, simili modo, qui Augustum, aut illos, qui celeberrima ista lege (g) custodiuntur, scelesto consilio appetierit, Iuliae Legis supplicio consumetur.

§. XII.

Hi sunt fere isti, quos nomine sicariorum Sulla comprehendit. Lex tamen Cornelia in his se non continuit, sed ad eos transitum fecit, qui hominis occidendi causa cum (h) *telo ambulauerint*. Coniecti praeterea in agmen sicariorum, qui furti (i) faciendi causa cum telo fuerint, credo, quia ab his homicidia frequenter perpetrabantur. Progressus est deinde autor legis ad iudicem, qui sub (k) *causam capitalem*, pecuniam acceperit, ut publica lege reus fieret, ad magistratum, qui idem ausus fuerit, siue qui, cum in magistratu esset, eorum quid fecerit (l) *contra hominis necem, quod legibus permixtum non sit*. Testis item, qui falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio

B

res

- (c) ff. h. t. C. h. t. (d) L. i. de Leg. Pomp. de Parr.
 (e) L. IX. ff. h. t. C. de his qui parr.
 (f) L. I, III, IV. ff. de Leg. Pomp. de Parricid.
 (g) L. V. C. ad Leg. Iul. (h) L. I. princ. h. t.
 (i) ibid. (k) loc. cit. (l) L. IV. princ. h. t.

rei (m) capitalis damnaretur, eodem iure utitur. Pare-
rem notam incurrit, cuius dolo malo incendium factum
erit, quive, cum magistratus esset, publicone praeesset iudicio,
operam dedisset, quo quis falsum iudicium profiteretur, ut
quis innocens conueniretur, condemnaretur. (n) Ex quo
fit perspicuum, differre inter se, esse ficarium, plecti,
ut licarium, & puniri lege Cornelia de ficariis. Qui
sit ficarius, cognouimus. Opprimi cernimus grauif-
simo odio, & mulctari, ut ficarium, qui hominis oc-
cidendi, seu furti faciendi causa cum telo uersatus
fuerit, qui uel magistratus, uel iudex, uel testis, in
causa capitis, fraude reum circumuenerit, uel, cum
esset in magistratu, contra hominis salutem facere
sit aggressus, quae legibus uentantur. Eum autem,
cuius dolo malo incendium factum erit, & magistra-
tum, qui testem, quo innocens iudicio publico conueni-
retur, aut damnaretur, subornauit, neque ficariorum
nomine appellandos, neque pari cum ficariis gradu
esse collocandos, argumentis conuincimur, quod illi
neque occidant, neque animo caedem uoluant, ne-
que capitis negotium, alicui facestant. Eam enim
scimus publicorum (o) iudiciorum esse naturam, ut
quaedam sint capitalia, quaedam non capitalia. Hi
igitur, neque ut ficarii puniuntur, neque cum ficariis
ob fraudem capitalem conferuntur, sed, legis uindi-
cta, tempore insequenti, ob singulare, credo, odium
(p) ad eos transfusa, supplicio tantum legis Cor-
neliae

(m) L. I. §. 1. (n) L. I. ff. princ. h. t. (o) L. 2. ff. de
publ. iud. (p) L. XVI. ff. de poen. §. 9, 10.

neliae subiecti fuerunt. Quod postea frequentius factitatum est, adeo, ut haec lex partim (q) rescriptis Principum, partim (r) Senatus Consultis magis amplificada, ad multa alia facinora translata sit, uel tento supplicio ficariorum, uel (f) eodem mitigato.

§. XIII.

Haec de Sicariis dicta sunt, quibus aggregantur uenefici. Hi ita nobis describuntur, *qui artibus (t) odiosis, tam uenenis, quam susurris magicis, homines occiderint, uel mala medicamenta publice uendiderint. Qui hominis necandi causa (u) uenenum confecerit, dederit, uendiderit (x) habuerit, qui mala (y) sacrificia fecerit, habuerit.* Complectitur igitur ueneficus, cum illum, a quo uenena mala improbe tractantur, tum magum, qui fraude sua hominem confecerit. (z) In quo argumento alias copiosius uersati sumus. Adiicit Lex, *mala. Nomen enim ueneni (a) medium, & tam id, quod ad sanandum, quam id, quod ad occidendum paratum est, continet.* Malis accensetur uenenis, (b) quod amatorium appellatur, de quo Constantinus, qui, ait, *pudicos animos ad libidinem deflexisse detegentur (c) Phil-*

B 2

tra

- (q) L. IV. §. 1. h. t. (r) L. III. §. 2, 3. L. IV. §. 2. L. V, VI. L. XI. §. 2. L. XIII. ff. h. t. (f) L. VIII. ff. h. t. (t) §. 5. Instit. de publ. iud. (u) L. I. princ. h. t. (x) L. III. §. 1. ff. h. t. (y) L. XIII. ff. h. t. (z) Ad tit. Cod. de mal. math. & caet. simil. (a) L. III. §. 2. ff. h. t. (b) L. III. §. 2. ff. h. t. Paulus Sent. L. V. tit. 23. L. XIV. (c) L. 4. C. de mal. & math.

tra nuncupantur graecis, & uenenis, quibus ad salutem utimur, (d) opponuntur. Patet, qui uenefici nominentur. Discrimen autem inter ficarium & ueneficum facile inuenias, sceleratus est uterque, tam ficarius, quam ueneficus, eademque ambo condemnati lege, ad idem rapiuntur supplicium. Et ficarius quidem telo, lapide aut simili modo facinus consciscit, ueneficus autem uenenis, & magicae artis scientia, teterrima perficit incepta.

§. XIV.

Transeamus ad ea, quae Lege Cornelia de Siciariis cauta sunt & ueneficis. (e) *Qui hominem occiderit* (f) *causamque mortis dederit*. Ligantur his uerbis mas & foemina, seruus & ingenuus, minor, impubes, &, ut paucis enuntiem, quicumque rei, quae agitur, intellectum (g) capere possint. Serui adstringuntur, quia caedes iuri naturae repugnat. *Cum* (h) *inter nos cognationem quandam natura constituit, consequens est, hominem homini insidiari, nefas esse*. Naturae autem ui omnes homines (i) *aequales habentur*, quod in omni (k) delicto seruatum est. De serui igitur caede (l) Lege Cornelia agere domino liberum est. Potest

- (d) Libr. Basilicōv ad h. t. (e) L. I. princ. ff. ad L. Corn. (f) L. XV. ff. h. t. (g) L. III. ff. de reg. iur. L. V. ff. ad L. Aquil. §. 2. (h) L. III. ff. de iust. & iur. (i) L. XXXII. de reg. iur. (k) L. II. princ. ff. de custod. & exhib. reor. L. I. §. 1. ff. de poen. L. I. §. 2. h. t. (l) L. XXIII. §. 9. ff. ad L. Aquil.

Potest ille quidem, quod, seruo occiso, ex patrimonio ipsius abest, Lege (m) Aquilia persequi. Attamen, cum hac actione recuperetur tantum, quod ad rem Domini pertinet, criminali actioni non fit (n) praeiudicium. Quod pariter obtinebit in seruo, cui mortis necessitatem aliquis attulerit.

§. XV.

Quo autem Lege Cornelia de caede iudicium fiat, necesse est, ut, qui occidat, aut mortis sit *causa alicui* (o) *animum habeat occidendi*, qui uoluntas nocendi, fraus, noxa, dolus, appellatur. (p) Quod Graeci eleganter exponunt. *ὁ σκοπὸν ἔχων φονεύσαι*. Versari autem in dolo omnes, qui hominem uel morte afficiunt, uel moriendi inuoluunt necessitate, credendum arbitramur. Quae uerba legis tam late manantia, (q) *qui hominem* &c. declarant. Nihil igitur refert, num homo, telo necatus, an strangulatus, saxo elisus, aut alia ratione sit interfectus. Itaque, ut possit absolui, aut castigari leuius, qui homicidii postulatus est, iure caesum uideri eum, qui periit, aut casu caedem hominis contigisse, argumentis euincat. (r) *Innocentia enim crimen purgandum est*, & (f) demonstrandum, iure aut casu, non fraude, hominem

B 3

(m) Lege citata. (n) Instit. §. II. ad L. Aquil. L. XXIII. §. 9. ff. ad L. Aquil. L. III. C. de L. Aquil. (o) L. I. §. 3. ff. h. t. L. VII. ff. h. t. L. I. ad Leg. Pomp. de Parricid. (p) L. I. C. h. t. L. II. ff. h. t. (q) L. I. §. 3. (r) L. VI. C. h. t. (f) L. I. C. h. t.

nem esse sublatum, idque adeo luculenter est probandum (t) *ut ambigi super hoc non possit.* Hic illud animaduertere liceat, Lege Cornelia de sicariis non semper adstringi eum, qui, animo hominis perimendi, uitae eius finem attulit. Percussor enim (u) latro (x) alique, ut memorabimus modo, impune caeduntur.

§. XVI.

Haec autem fraudis opinio, quam de quocunque homicida leges praecipunt, uehementer corroboratur, si caedem gladio, quo, (y) ut uberius disputabitur, omne ingens & perniciosum continetur telum, aliquis consciuerit. Animus enim caedi indubitate creditur adfuisse. (z) Verum cum illorum conditio longo sit interuallo disiuncta, quorum alteri dolo quidem uideantur occidisse, alteri autem *indubitate* dolum admiserint, cum ab illis crimen excusari, ab his autem uix queat auerti, de omni hac re diligentius nobis uidetur cogitandum,

§. XVII.

Verba legis haec sunt, *Qui hominem non occidit, sed uulnerauerit, ut occidat, pro homicida damnandus est. Nam, si gladium strinxerit, & in eo percusserit, indubitate occidendi animo id eum admisisse.* (a) Omnes nobiscum con-

(t) L.V. C. h. t. (u) L.III. Cod. h. t. (x) L.IV. C. h. t. (y) §. sq. (z) L. I. §. 3. h. t. (a) L. I. XIII. ff. ad L. Corn.

conuenerint, cum de consilio illius tam grauiter iudicetur, qui hominem ense uulnerauerit, eadem fraudis suspicione eum onerari, qui gladio mortem intulerit. Qui enim occidit gladio, uulnerat etiam gladio, & uulnus quidem imponit grauissimum. Gladius autem loco exempli ponitur, & omnia exitiosa tela comprehendit. Quod ex eo reddimus perspicuum. Cum Leges, si homo uulneratus fuerit, occidendi uoluntatem esse puniendam, & pro ipsa habendam caede, edixissent, *ex re*, aiunt, (b) *constituendum hoc*. Gladium deinde, ex quo hoc caperetur argumentum, nominant. Quilibet cernat, hisce uerbis, *ex re constituendum hoc*, iudici liberam existimandi facultatem esse relictam, & loco exempli gladium fuisse constitutum, quod ex illis, quae sequuntur, luculentius constat. Nam, si clauis percussit, aut cucuma in rixa, quamuis ferro percusserit, non tamen occidendi animo, leniendam poenam eius, qui in rixa causa magis, quam uoluntate, homicidium admisit. (c) In sensus incurrit, quamuis cucuma, aut clauis, in rixa caedes facta sit, dolum tamen, ut poena legis leniatur, abesse oportere. Facilius autem, cum illa non adsit grauissima caedis opinio, iudici poterit probari, casu, non dolo, caedem contigisse. Ex cucuma igitur, ex clauis, quae tamen aequae exempli loco commemorantur, (d) benignius de accusati animo faciendum iudicium, eiusque audienda est excusatio, quod casu caedes euenierit. Iam componas

(b) L. I. §. 3. ff. h. t.
C. h. t.

(c) L. I. §. 3. ff.

(d) L. V.

nas cuccumam & clauim cum fica, cultro ferreo, pugione, hasta, & alio mortifero telo, statim deprehendes, ad gladium, non ad clauem, instrumenta illa pestifera esse referenda. Haec itaque omnia gladii exemplo indicantur, eodemque modo de caede, consulto admitta, iudicem faciunt certiozem. Eadem fert ratio, ut fustem grauissimam, lapidem ingentem, & quodcunque telum diruendo humano corpori sit aptum, gladii loco habeamus, & de illo, qui tali usus instrumento, fata alicui accelerauerit, simili ratione iudicandum censeamus. Omnia autem illa, quae, homine extincto, iudici seruanda accepimus, etiam tum erunt custodienda, si homo ita fuerit percussus, ut uitam retinere non possit. (e)

§. XIIX.

Neque nos de sententia mouet Constantinus, eum serui occisi declarans esse reum, *qui uoluntate ictu fustis aut lapidis seruum ceciderit, uel telo usus, letale uulnus infixit.* (f) Ab eo enim, quod domino lege eadem in seruum licet, haud commode ducas argumentum. Ait enim Lex Cornelia, *Et, qui hominem non occidit, sed uulnerauit, ut occidat, pro homicida damnatur,* neque ita multo post, *si gladio in homine percusserit, indubitate animo occidendi id admittit.* (g) Hic uulneris exitiosi mentio non fit, sed tantum uulneris, quod gladio illatum sit. Dominus autem serui occisi accusatus, ni telo

(e) L. XV. pr. ff. h. t. (f) L. de emend. seruor.
(g) L. XIII. ff. h. t.

ni telo uulnus letale feruo incufferit, lege reus non fit. Scimus tamen, gladium in teli uerbo inesse. Ex quo consequitur, Constantinum dominis in feruo de legis acerbitate aliquid concessisse, quod, cum dominos saltem respiciat, aliis indulgere non conueniet. (h)

§. XIX.

Eadem uero, quae de caede, patrata ferro, sunt memoriae prodita, in ea etiam obtinebunt causa, cum homo gladio aut telo pernicioso tantum uulneratus est. (i) Animus enim occidendi, qui ex gladii percussione aestimatur, siue dolus, Lege Cornelia pro facto accipitur. (k) Nec tamen credimus, si iudici possit eius fieri probatio, quod cultro quis, nec uulnerandi, nec occidendi, animo, sed ad genas saltem scindendas, fuerit usus, adeo indubitate ex instrumento, quamuis mortifero, esse coniecturam ducendam, ut etiam ueritas contemnenda sit. (l).

§. XX.

Et haec equidem de illis cauta sunt, qui uel admiserint homicidium, uel hominem adeo acceperint acerbe, ut ex ictu conualefcere non possit. Quae moriendi necessitas ex Lege Aquilia declaranda est. (m) Quo autem difficilius patimur, ex Lege Aquilia explicari Corneliam Legem, siquidem haec a ciuitate ma-
C
lefcia

- (h) L. XIV. ff. de LL. (i) L. I. §. 3. ff. h. t.
 (k) L. VII. ff. (l) L. XXIII. §. II. ad Leg. Aquil.
 (m) L. XXX. §. 4. L. LII. pr. ad Leg. Aquil.

lesicia arceat, illa rei familiari ferat subsidium, & quo cautius in hac re Ictum uersari oporteat, eo uehementius omiffam a Triboniano dolemus Pauli sententiam, ex qua haec uniuersa quaestio eleganter componeretur. *Causa mortis idonea non uiderur, cum caesus homo post aliquos dies, officium diuturnae uitae retinens, decessit, nisi forte fuerit ad necem caesus, aut letaliter uulneratus.* (n) Cuccumae uerbum silentio transmittimus, cum haec prouincia a Vossio egregie fit administrata. (o)

§. XXI.

Haec si mente sedulo expendimus, in promptu est, non semper desiderari, quo quis Lege Cornelia fiat reus, ut animus occidendi hominis occisionem antecedit, aut cum caede sit coniunctus. Qui equidem si adfit, nulla superest dubitatio, quo minus Lege Cornelia de reo iudicare magistratus debeat. Sed, ut in rixa fieri solet, si quis aliquem gladio traiiciat, non occidendi animo, sed ulturus inimicum, homo tamen nihilominus sit occisus. Leges constituunt, ne de animo occidendi dubitetur. (p) Ex quo apparet, ex instrumento, quo quis contra alterum fuerit usus, leges de proposito facere coniecturam, quod satis nos probasse, existimamus. Quam rationem sequi, erit necessarium, in omni causa, cum telo, quod ex ferro confectum, uel alia ratione ita comparatum est,

(n) L. V. t. 32. sent. L. V. (o) in Etymol. Pitisci
Lex Ant, (p) L. I. §. 3. ff. h. t.

est, ut homo facile illo everti possit, homo interierit. Si quis igitur aliquem, ira incitatus, leto affecerit, eo armatus telo, quo homo deleatur facile, sibi reus attribuat, quod ea egerit, quae non cogitavit, eaque perfecerit, quae ex ipsius facto proficilcebantur. Et haec equidem, si homo caesus fuerit. Quid autem constituemus, si homo caesus non sit, sed levi tantum vulnere affectus. Siquidem ex lege sit iudicandum, ut non ignoramus, qui gladio, aut alio ferro, apto ad caedem, percusserit, ut homicida puniendus est. (q) Sin vero fuste leuiore, aut alio instrumento, haud ita exitioso, baculo, minoris ligno ponderis, homo ita sit uulneratus, ut mors non consequatur, credimus, cum de gladio tantum & ferro, lege tam atrociter sit cautum, ex ictu leuiore, illato fusti, de consilio caedis coniecturam non esse faciendam, siquidem etiam iniuriae faciendae causa uulnera inferuntur. (r) Id quod tamen ex re semper erit constituendum. Etenim, si quis inimicum fusti ingenti fuerit adortus, & eius caput adeo grauiiter, saepiusque contuderit, ut homo casu uideatur seruatus, cum de animo occidendi non possit dubitari, lege (s) ille Cornelia, ut percussor, nobis uideatur esse damnandus. Ceterum cum eo, qui, gladio percussurus, casu tamen non percusserit, mitius esse agendum, ideo existimamus, quia Leges tam acerbe animum illius tantum in-

C 2

ter-

(q) L. I. §. 3. ff. h. t. (r) L. II. ff. de poen. L. XXV. ff. de LL. L. CXX. CLV. de reg. iur. L. VII. §. fin. L. VIII. ff. de iniur. (s) L. VII. ff. h. t.

terpretantur, qui, gladio stricto, in homine percussit. (t)

§. XXII.

Aequè, ut ficarius, legem experitur acerbam, qui *hominis occidendi, furrius faciendi causa cum telo ambulauerit*. Quantum teli complectatur nomen, antea nobis pertractatum est. Haec autem, ut scribendo coniunxit Legislator, ita interpretando copulata esse oportet. Itaque ficarius, aut fur, qui cum telo, non hominis occidendi, aut furti faciendi, sed sui tutandi causa (u) prodierit, nihil egit, quod lege est prohibitum. Haud equidem nego, grauissima eiusmodi homines, cum telo deprehensos, laborare suspicione, neque tam facile de animo fidem eis habendam esse. Verum tamen, quamuis, exigente argumentorum probabilitium & certorum indiciorum vi, etiam tormentis (x) de uero quaestionem posse haberi non inficiet, excusatio tamen illa, quod tutandi sui causa telum reus gesserit, erit audienda. Quid autem statuemus, si quis, corporis defendendi gratia, cum telo egressus, furtum fecerit. Reus, cur excusari non possit, causa nulla est, siquidem animus abesse a facto non debet. Quaestioni tamen dandum esse locum non dubitamus. Fac autem eum, qui seruandi corporis causa cum telo procefferit, postea hominem percussisse. Et hoc quidem legis capite reus non tenebitur, incurrat tamen in legem Corneliam ex alia causa, uel quod hominem occi-

(t) L. I. §. 3. ff. h. t. (u) L. II. ff. de ui publ. (x)
L. V. §. 1. de quaest.

occiderit, uel quod mortis necessitatem iniecerit, uel gladio alioque uulnerauerit pestifero telo, ex quo de animo occidendi, coniecturam duci, leges imperant. (y)

§. XXIII.

Multum uero homicidae ab illis sunt distincti, quos modo in scenam produximus (z) *hominis occidendi, aut furti faciendi causa cum telo ambulantes*. His enim nulla prorsus salutis spes relinquitur. Homicida autem, si uel casu, uel iure hominem confecerit, liberari potest. Hi, si cum telo, quod tam uastae est significationis, prodierint, lege uinciuntur, illi, nisi exitioso telo, de quo differuimus, fata alicui maturaerint, nonnunquam a poena possunt liberari. Homo etiam, ut recordamur, iniuriae causa potest uulnerari, his tamen ne hoc quidem modo periculum auertere liceat. Ille, qui aliquem fusti leuiter uerberauerit, siue, cum gladio ferire cogitaret, aberauerit ictu, mitiorem experitur legem, hi autem, etiam si ne telum quidem prodixerint, de capite periculum non depellunt. Haec est insignis illa & celeberrima lex, quae perniciosam consilia poena repellit, & in quo propositum, seu dolus, pro facto accipitur. (a)

C 5

§. XXIV.

(y) Paragraphi supp. (z) L. I. ff. h. t. (a) L. VII. ff. h. t. Harmenopolus L. VI. tit. 6. §. 1. Libr. Basil. L. I. h. t. Paulus L. V. t. 23. §. 3. sentent. L. XVI. §. 8. de poen.

§. XXIV.

Figere hoc loco pedem oportet. Etenim cum consilium cadat in delictum, indagandum nobis uideatur, qua ratione lex pro facinore consilium coerceat. Certum est illud, poenam cogitationis pati neminem, (b) neque, quamdiu cogitatio ista in te uertitur, leges grauius quidquam statuunt, etiamsi ad excogitatum, ut ait ille, (c) rei alicuius faciendae rationem perueneris. Verum cum a consilio ad factum aliquod sis progressus, quod ad exitum rei propositae spectat, rei immutatur facies. Hoc ab euentu rei, quam animo concupisti, uel prope abest, uel longius. Itaque, si domi tuae, ira incensus, tollendi inimici certus, telum iumpseris, illud tamen, rem auersatus, statim posueris, te lege Cornelia arcessendum non puto, quia haec tua actio longius a rei euentu remota fuit. Quodsi aedes egressus tuas, armatus telo, inimicum quaeras, deinde, scelus abominatus, sis reuersus, & telum abieceris, quo citius consilii te poenituerit, eo mitiores te habiturum esse leges, omnes arbitrabuntur. Sin autem, domo relicta, cum armis inimico sis insidiatus, nec ex tua parte aliquid obstat, quo minus caedes perpetretur, sed aduersarii potius prudentia, qui sibi a periculo cauet, uel casu, quod eius, quem odisti, facultatem (d) nactus non es, tuum disturbetur propositum, lege te nocen-

(b) L. I. §. 1. de furt. L. XIX. ff. de poen. (c) Tullius L. I. c. 25. de inuen. (d) Paulus sent. L. III. t. 23.

nocentem esse, constat. Etenim hic tuus conatus cum facto erat fere coniunctus, ambulasti cum telo hominis occidendi causa, nec, si mentem spectemus tuam, per te stetit, quo minus occideretur homo, sed omnia illa, quibus res extracta est, extra te fuerunt posita.

§. XXV.

Si autem, telo instructus, conatu inimici per-
dendi, domo exeas, deinde, cum ille ueniret in con-
spectum, animo commutato, telum abiicias. Ab illa
quidem parte legis, quae percussores & eos ulciscitur,
qui uulnerant occidendi animo, discedes liberatus,
reus tamen non minus hac ratione haerebis, quod
cum telo hominis occidendi causa ambulaueris. Poe-
niteat igitur te tui consilii ante, quam cum telo aedi-
bus te tuis animo occidendi eiicias, & si forte aedi-
bus gradum extuleris, quo poena tibi facilius miti-
getur, quam celerrime, deposito consilio, domum
redeas. Cur autem a norma legum communi Sulla
discesserit, quae exitum spectare semper consueue-
runt, Claudius te doceat. (e) *Nomnunquam euenit, ut
aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quoties ni-
mium multis personis grassantibus exemplo opus sit.* Et
hoc recte, meo quidem iudicio. Quo enim longius
homines a sceleris cogitatione remouentur, eo ma-
iori interuallo ab ipso scelere sunt dirempti.

§. XXVI.

(e) L. XVI. de poen. L. CCXXV, de uerb. signif.

§. XXVI.

Recte equidem leges, cum scelestas refrænerent cupiditates, notas quasdam addiderunt, & signa, ex quibus de sanguinolento animo constaret. Si quis igitur gladio fauciatu sit, quamuis ex ictu ægroans non obierit, si quis ferro fuerit appetitus, & uulneratus, si denique quis alio telo, quod excindendo humano corpori inuentum est, fauciatu fuerit, ille, qui percussit, (f) caedem spectasse creditur. Difficilius tamen uoluntas illius, qui cum telo, *furti faciendi, aut hominis occidendi, causa*, ambulauerit, deprehenditur. Etenim, qui gladio uulnus facit, prodit consilium, qui cum telo fuit, quod agere cupiuerit, relinquit in incerto. Sui enim conseruandi (g) causa telum ferre cuique permittitur. Ex *causa* (h) igitur prudens iudex de toto negotio capiat consilium. Si homo prostratae famae, furti, hominisue occisi insimulatus, uagus, obscurus, pauper & prodigus, luxuriosus, arte honesta, qua ad uitam sustentandam utimur, destitutus, Dei, religionis, uirtutis contemptor, quaestum faciens ex crebra rerum alienarum & furtiuarum uenditione, eo tempore, quo domi honestiores se continere solent, in eo loco, ubi nihil negotii, furandi autem occasionem habebat uberrimam, cum telo deprehensus sit, omnino multis onerari talem remur argumentis, quod *furti faciendi causa cum telo ambulauerit*. Neque minus iste,

(f) L. I. §. 3. ff. h. t. (g) L. XI. §. 2. ff. de ui publ. Auctor LL. Mos. & Rom. ad h. t. L. III. (h) L. LII. §. 2. ff. ad L. Aquil.

iste, qui in alienis abditus aedibus, noctem expectet, si consuetudinem cum sicariis aut cum furibus habeat, si uita eius flagitiosa sit, si furti, homicidiiue iam commissi, sit suspectus, haud ita facile erit dimitendus. Qua in re iudicis sagacitati (i) campus aperitur.

§. XXVII.

Ex his, quae pronunciauimus, multae & magnarum causarum quaestiones possunt definiri. Caueat igitur unusquisque, ne, gladio, nudato, hominem percutiat, ne cultro ictum inferat, siquidem ex plaga, quae ferro letifero iniicitur, de occidendi animo indubitata nascatur opinio. Caueat rusticus, caueant robustiores, ne fustibus caedem committant, aut ita affligant infirmiores, ut illi uiuere, casu uideantur. Pugnas autem illas, quas duella uocant, ne quis condicat. Etenim cum ille, qui ad certamen uocat, tum alter, qui se certamini sistit, quia cum telo ad caedem progrediuntur ambo, *hominis occidendi causa cum telo* ambularunt. Si autem duo ita conuenerint, ut cum armis concurrerent quidem, sine caede tamen, hi equidem *cum telo hominis occidendi causa* non ambulant, sed, si uulnus inferatur, nihilo ille minus, qui sauciauit, animo occidendi fecisse *indubitate* (k) credetur. Iudici igitur, quod ego ne permittendum quidem existimo, probare erit difficillimum, occidendi animo non esse infictum uulnus, & in hominis potestate sic esse gladium, ut in eo arbi-
D
trium

(i) L. I. §. 3. ff. h. t. uerba, *ex re.* (k) L. I. §. 3. ff. h. t.

trium uitae & necis repositum fit. Idem dicitur de illo, qui uulnerandi animo gladio aliquem percusserit. Quid si autem adolescentuli duo congregiantur, ense armati, neque occidendi, neque uulnerandi, animo. Verum tamen, cum in ioco etiam exardescat saepius iuuenilis animus, res semper periculi erit plena, si uulnus, aut mors, ex illo lusu oriatur. Nihilominus tamen, si manifestum reddi possit, neque inimicitias, neque cupiditatem, neque iram, interuenisse, illam adolescentum lasciuiam, petulantiae conuenienter, leuius reprimendam esse, (1) non ambigimus.

§. XXVIII.

Ille etiam, qui hominis mandat occisionem, eadem, qua interfecto, poena percutitur. Qua in re explicanda illud considerandum est, num mandato solum, an maleficio cum mandato coniuncto, leges tam acerbe occurrant. Confiteor equidem, occidendi cupiditate ardere, qui hominis interitum alteri committat. Lex tamen non omnem caedis conatum poenae metu capitalis continet, sed tunc demum uoluntatem, ut exitum, contemplatur, cum uulnus gladio, uel alio telo pestifero, illatum fit, aut, *cum telo occidendi hominis, uel furti faciendi, causa, quis ambulauerit.* (m) Cum igitur Lex Cornelia non perpetuo animum caedis perpetrandae pro ipsa caede habeat, nobis profecto non licuerit legis augere acerbiteratem, aut illud, quod

(1) L. IV. §. 1. ff. ad Leg. Corn. (m) L. I. §. 3. ff. h. t.



quod tantum (n) a reliquo iure discedit, in alia etiam causa retinere. Neque exemplis, quibus ad illustrandam hanc legem uti possumus, destituimur. Haud ignoramus, non solum plecti eum, qui iniuriarum causa percussit, sed etiam, qui curauit, ut aliquis percuteretur. (o) Sequitur itaque poena mandantem, cum iniuria re alicui est imposita. Non inepte igitur dicemus, constitutam esse quandam facinorum societatem inter mandantem & eum, qui suscepit mandatum, ut mandans pro eo, quod a mandatario commissum est, & ipse refrenetur. Et hoc sensu dici mihi uideatur, *mandatorem caedis haberi pro homicida*, quod ex illa facinorum communione, si caesus homo fuerit, nascitur. Aliam autem obligationem frustra quaeras. (p) Rei enim turpis mandatum nullum est. Cum itaque mandatarii actio mandantis quodammodo esse uideatur, ex eo fluit, mandantis coercionem poena mandatarii non esse grauiorem. Mandatarius igitur, si uel caedem exsequutus sit, uel mandantis inimicum gladio percusserit, aut cum telo hominis occidendi causa fuerit, siue alio modo poenam legis meruerit, ob societatem culpae cum sua calamitate mandantis perniciem coniunget. Det igitur operam mandans, ut, quam celerrime fieri possit, mandatum reuocetur.

D 2

§. XXIX.

- (n) L. CCXXV. de uerb. signif. (o) L. XI. pr. ff. de iniur. (p) L. VI. §. 3. Mandat. uel contr. L. XXII. §. eod.

§. XXIX.

Neque enim diutius, quam intercedit ille consensus, qui mandatarii facinus cum mandantis periculo copulat, mandatarius mandanti crimen conflauerit. Ex quo plura nascuntur. Si enim conspiratio ista animorum poenae & supplicii est causa, mandans, qui curauit, ut iniuria alicui fieret, de iniuria tantum tenebitur, etiamsi caedem fecerit mandatarius. Quid autem, si quis mandauerit caedem, ille autem, cui res commissa est, faciat tantum iniuriam. Dicitur posse (q) *subtili ratione*, cum in caedem consensisset uterque, consensum de iniuria inter illos non intercessisse, ideoque mandantem, iniuriae non esse condemnandum. Quod si autem, si nullum intercessisset mandatum, ne iniuria quidem esset facta, eum, a quo mandatum est profectum, acrius cohibendum esse non dubito. Omne autem turpis facinoris praeceptum in magistratus animaduersionem incurrit.

§. XXX.

Ait Lex, *si in rixa percussus, homo perierit, ictus uniuscuiusque in hoc collectorum contemplari oportet*. In promptu est, si homo a pluribus in rixa sit interfectus, inquirendum esse in ictum uniuscuiusque, quo, ex eo de occidendi animo fieri possit iudicium. Illud utique dubio caret, si homo a latronibus sit occisus, de latronibus sumendum esse supplicium. Si
a fica-

(q) L. LI. §. 2. ff. ad Leg. Aquil.

a sicariis sit interfectus, de sicariis Lege Cornelia esse pronuntiandum. Verum, si non sicariorum, neque latronum manu, sed in turba, exorta lite, ab illis, qui liti se ingerunt, percussus quidam ceciderit, quid tum statuendum uideatur, sermo est. Negauit legem Corneliam rogatione explicandam esse Aquilia, quia longo sunt disuncta interuallo, capitis pendere poenas, & facinus luere pecunia. Legis enim Aquiliae uestigiis si insistas, cum non appareat, cuius ictu homo perierit, omnes, quasi occiderint, (r) tenentur, neque, si cum uno agatur, ceteri liberantur. Haec, si Lege Cornelia obseruantur, a Dracone hanc legem dico fuisse conditam. Si enim homini, frequentia ictuum, qui eandem corporis partem saepius afflixerunt, aut uulnerum multitudo, spiritum intercluserit, illud profecto, quod nemo fecit, sed casu potius accidit, singulis nullo iure attribuetur. Omnes autem censere supplicio dignos, & unum quemque ex alieno (f) condemnare facto, erit iniquius. Iniquissimum denique fuerit, infirmiore, remotiore, cum illis, qui caeso in rixa fuerunt propiores, cum ualentissimis tandem, & robustissimis, eodem loco numerari. Reliqua igitur legis Corneliae capita in subsidium sunt uocanda.

§. XXXI.

Cognouimus, indubitate animo occidendi fecisse uideri, qui gladio in homine percusserit, eumque, qui uulnerauerit

D 3

(r) L. XI. §. 2. ad Leg. Aquil.
de poen.

(f) L. XXVI. ff.

rauerit animo occidendi, ut homicidam puniri. (t) Homine igitur a multis occiso, si quis forte gladio uulnus iniecerit, ex uulnere, quod gladio factum est, de animo uulnerantis, & deinceps de poena, consilium capietur. Pari modo, si duo, aut plures, gladio, cum quo omne telum immane & atrox semper est componendum, ad caedem hominis fuerint usi, sine dubio hominis sustollendi animo uulnus incussisse credendi sunt. Et haec fuit causa, cur ictus contra unumquemque inspicere oporteat. Quod etiam in sequenti tempore a Graecis custoditum est, ut, explorato uulnere, iste, qui in turba, fuste grauiori, aut lapide, hominem percussisset, manu amputata, poenas lueret, qui autem leuiore egisset instrumento, mitiori poena defungeretur. (u) Quod multo diligentius a Basilio (x) conseruatum est. Qua in re omnia fere illa, quae supra de caede hominis & de animo occidendi exposuimus, haud mediocrem utilitatem afferant. Si igitur exploratum sit, qui gladio aut grauiori telo percusserit, ille occisi manes supplicio expiabit, reliqua autem turba, pro eo, quod iustum uideatur, domabitur. Quid autem, si sit in incerto, qui gladium aut telum perniciosum gesserit. Factu nobis uidetur optimum, praeterire maleficium capitale, dum de illo certius quid appareat, multitudinem autem, quae manus illi, qui caesus erat iniecerat, pro eo coercere, quod iuri conueniens esse uideatur. Silere tamen
illud

(t) L. I. §. 3. ff. ad Leg. Corn. (u) Harmenopol.
L. VI. h. t. (x) L. LX. h. t. L. XVII. eod.

illud non debemus, a Paulo, ex quo haec lex decerpta est, mitiorem poenam in hac causa memoriae esse proditam. (y) Verum, ut omittam, Legem Corneliam, ut modo audiamus, Iustiniani tempore fuisse exasperatam, ideo hanc legem truncasse uidetur Iustinianus, ne, relicta integra, aliquam poenam, quae non ex ipso Corneliae legis fonte dimanaret, eligeremus.

§. XXXII.

Reliqua sunt, quae, mea tamen sententia, ad legem Corneliam referenda non sunt, expositio partus, & causa mortis illa, quam Lex Aquilii memorat. Et de partu quidem ita Paulus, *Necare uidetur, & qui partum abiecit, qui alimonia denegat, qui eum publicis locis exponit, misericordiae causa, quam ipse non habet.* (z) Parentibus enim, quem tollere nollent partum, eum exponere semper licuit. Neque haec libertas, quantum nobis cognitum est, uel si legem Iuliam & Papiam intuearis unquam eis fuit adempta. Quam inueteratam consuetudinem, nunquam turbatam, cum ne Augustus quidem excindere fuerit ausus, in aperto est, Legi Corneliae cum hac causa nihil esse negotii. Abiectio tamen partus (a) recentiori tempore poenis circumscribi, sensim homicidio haberi peius, & extremis suppliciis (b) coepit prohiberi.

§. XXXIII.

(y) Paulus L. V. sent. t. 23. L. IV. (z) L. IV. ff. de agnosc. & alend. lib. (a) L. II. Cod. de infant. expof. (b) L. IV. C. h. t. Nouell. CLII. pr.

§. XXXIII.

Causa, quam lex Aquilia literis mandauit, illa est, si alius tenuit, alius interemit, is, qui tenuit, quasi causam mortis praebuit, in factum actione tenetur. (c) Morere non desistimus, circumspicte admodum quaerendum esse argumentum ex eo, quod Lege seruatur Aquilia, ad illud, quod Lege Cornelia obtinet. Dici quidem poterit, eum, qui Lege Aquilia (d) iure occidisse uideretur, etiam excusari, si Lege Cornelia actio sit, (e) sed idem contra non fieri debet, quod passim ostendere conati sumus. Ait Vlpianus, *Quasi causam mortis praebuit* Causa enim mortis, ut recordamur, ita datur, si quis hominem adeo accipiat male, ut ex uulnere, uel ex uerberibus, necessario mors consequatur. Ideo autem lege Aquilia, *quasi causam mortis praebuerit*, reus iste censetur, quia lege Aquilia, ut omnes norunt, etiam de *leuissima culpa quaeritur*, quod Lege Cornelia secus fit. (f) Si igitur quis illum, qui interfectus est, tenuerit, modo ipse caedem neque mandauerit, neque manu uulnus graue adiecerit, neque ipse caedis faciendae causa cum telo ambulauerit, nullo legis Corneliae capite deliquisse uideretur, ideoque nec ullo modo poterit condemnari. Neque enim manu sua aliquid commisit, quod mortem caeso afferret, & illud etiam, quod manu retentus, occisus sit, in alterius erat positum arbitrio. Confitemur tamen, iudicis arbitrio grauius esse coercendum.

§. XXXIV.

(c) L. XI. §. I. ff. ad L. Aqu. (d) L. IV. ff. ad Leg. Aquil. (e) L. IX. ff. h. t. L. III, IV. C. h. t. (f) L. VII. ff. h. t.

§. XXXIV.

Constituit Lex Cornelia iudicium (g) publicum, sicariis autem & ueneficis, non minus, ac ceteris, qui hac lege obligantur, poenam capitale (h) Quae principio erat deportatio insulae, & omnium bonorum ademptio. (i) Deportatione autem, ut norunt omnes, amittitur ciuitas. (k) Interest tamen, *deportari* in insulam ab Imperatore, aut a Praefide. Ciuitatis enim amissio *sententiam praefecti* statim consequitur, Principis autem condemnatione tum perit ciuitas, cum in insula reus statuitur. (l) Sed postea *honestiore loco* positi, (m) quem decurio tamen mihi habere non uidetur, siue altiores, ab humilioribus sunt seiuncti, ita, ut poena illis non immutaretur, his uero exasperata sit uehementer. Capite enim puniuntur, (n) qui secundo gradu sunt, (o) imo humiliores uel subiiciuntur bestiis, aut in crucem tolluntur. (p) Etenim illud in poenis frequenter seruatum est, (q) ut liberis serui, illustrioribus (r) plebs, atrocius

E

cius

- (g) L. I. ff. de publ. iud. pr. (h) L. III. §. 5. ff. h. t. L. II. ff. de poen. (i) L. III. §. 5. ff. h. t. (k) L. II. §. 1. ff. L. XXIIIX. ff. de poen. §. 2. Inst. de cap. de min. L. VI. ff. pr. de interd. & relegat. (l) L. II. §. 1. ff. de poen. (m) L. XVI. ff. h. t. (n) L. XVI. ff. h. t. (o) L. III. §. 5. ff. h. t. (p) Paul. Sent. L. V. L. I. h. t. (q) L. III. §. 5. h. t. (r) L. I. §. 1, 2. L. IX. §. 11 ff. de poen.

cus puniantur. (s) Sed hodie, ferro ultore, ficarius profternitur, omni, quod antea feruatum erat, sublato discrimine, ut nulla amplius dignitas, ferro, (t) & capitali sententiae, reum subducere possit. (u) Quod ferri supplicium interpretatur Theophilus. (x) τὸ τριφει. Qua ex causa Iureconsultis gladius non raro ultor appellatur. Paulus hoc supplicii genus nominat (y) decollationem, Callistratus (z) capitis amputationem, quae (a) non securi, sed gladio facienda est. Eadem ruina (b) bona damnatorum, quia uita adimitur, auferuntur. Cetera quoque, quae ad inquirendam adhibentur ueritatem, cum quaestio habetur iudicio (c) publico, & de crimine capitali & atroci, cuius ueritas, nisi tormentis, (d) explorari non potest, in hoc etiam iudicio occurrunt. Iudex igitur, perpenſa rei (e) dignitate, collectis ex uoce signis, ex sermone, (f) constantia, trepidatione, existimatio-

-
- (s) L. III, L. IX. L. XII. ff. de poen. L. VIII, L. XI, L. XVI. C. de quaest. L. VI. §. 2. ff. de interd. & releg. (t) §. 5. Instit. de publ. iud. (u) L. XVI. C. de poen. (x) h. t. Harmenop. h. t. §. 3. Libr. Basil. L. 60. h. t. L. III. L. XXXI. Cod. ad L. Iul. de adult. & stupr. §. L. V. de malef. (y) Paul. rec. sent. L. V. t. 17. §. 3. (z) L. XXVIII. pr. de poen. (a) L. VIII. §. 1. ff. de poen. (b) L. I. pr. ff. de bon. damnat. (c) L. VIII. pr. C. de quaest. (d) L. VIII. pr. ff. de quaest. L. III. C. h. t. (e) L. VIII, XI, XVI, XVII. C. de quaest. (f) L. X. §. 5. ff. de quaest.

stimatione nocentis in ciuitate, utatur deinde argumentis uero similibus, (g) & probationibus aliis, tum, uelut certis indiciis, ad tormenta procedat. Qua de re multis alias uoluminibus actum est. Illud autem sollicitè inquirat iudex, a quo caedes fuerit imperata, quia hoc in primis patefieri, (h) leges contendunt.

§. XXXV.

Et haec quidem habuimus de sicariis & ueneficis, de nomine ficariorum, de illorum scelere & supplicio. Nunc ad eos instituti ducit ratio, quibus caedem commisisse impune est. Stat sententia ab illis discedere, qui aut magistratu exornati, aut publica muniti auctoritate, homines e medio tollunt, & ad eos sermonem transferre, qui uel discriminis fugiendi causa, uel dolore, cui leges ignoscendum fanciunt, concitati, caedem suscipiunt, uel denique illum ex rebus humanis exturbant, quem omnibus perimere fas est. Periculi auertendi causa impune occiditur latro, quia *inferendae caedis uoluntate praecessisse uidetur.* (i) Sunt autem latrones, uel *praedones*, (k) qui nec nobis, nec quibus nos, publice bellum decreuimus. (l) Exeret igitur hostilia latro, sed nec publice bellum indixit, neque auctoritate publica bellum illi denunciatum est. Si igitur ex gente uicina nonnulli, pacti de

E 2

im-

(g) L. VIII. §. 1. C. de quaest. (h) L. VI. pr. L. XVII. ff. de Sen. Conf. Silaniayo. (i) L. IV. Cod. h. r. (k) L. XII. de capt. & postlim. reuerf. (l) L. CXIIX. de uerb. signif.

impetu faciendo, praedas egerint ex illis agris, qui a gente focia, cum qua nulla est dissensio, coluntur, si quidam ex ciuibus, non euertendae Reipublicae, sed nocendi animo, & praedandi, eandem uitam sit secuti, pro latronibus ex legis sententia non immerito habebuntur. Et haec fortasse illa est factio, (m) qua grassator a latrone disiunctus est. Eo autem, quod latro omnibus esset infestus, quoscunque obiiceret occasio, non illepide illum latronem uocat Arbiter, c. 107. qui ignotos laeserit. Festo autem obsessores uiarum eo indicantur nomine, sed, si leges audiamus, latronis uerbum multo est atrocius. Quamuis enim latro in itinere etiam struere possit insidias, non tamen omnes, qui itinera obsident, inter latrones referendi sunt. Grassator itaque, qui etiam in itinere ferro aggredi, & peregrinantes spoliare. (n) dicitur, latroni iudicatur proximus. Grassatur equidem latro, sed grassandi uerbum idem sonat, quod delinquere. Tutor igitur, qui rem familiarem pupilli male administrat, in re familiari grassatur, & in tutela. (o) Armatum telo latronem incessisse, cum ex moribus illius, tum ex ipsa lege colligas. (p) Cum igitur *caedis inferendae uoluntate latro* praecesserit, iure caesus existimandus est. Qui itaque latronem interfecit, lege excusatur Cornelia.

§. XXXVI.

(m) L. XI. §. 2. ff. de poen. (n) L. XXIIIX. §. 10. ff. de poen. (o) L. III. §. Nunc L. VI. ff. de susp. tut. (p) L. XXIV. de capt. & de postl.

§. XXXVI.

Ex eodem argumento, quod naturalis ratio aduerfus periculum hominem se defendere permittat, (q) ille, qui telo (r) se tutantem furem, mortis metu, occiderit, in Legem Corneliam non incurrit. Et hoc quidem cum clamore ex XII. tabularum lege occisorem *testificari* oportebat. (s) Quo autem fur nocturnus occidatur impune, necesse non est, ut telo se fur defendat; sed clamore tantum testificari, adesse furem, & deprehendi, sufficiet. Et hoc quidem, ut opinor, hac de causa constitutum est, quod tenebrae furis tegant conatus, in tenebris etiam facilius aliquid patretur, quam si res luce geratur, quod tandem obscuritas, periculi opinionem omnibus uehementer augeat. Quod ne lege quidem Cornelia immutatum esse, credimus. Etenim, si quis, deprehenso nocturno fure, cum nulla amplius nocendi occasio esset illi relicta, eum nihilominus tamen occiderit, Lege Cornelia causam dicere omnino est obligatus. Quae etiam ratio in fure diurno seruanda est. Fac autem, noctu, his praesertim temporibus, cum telis utamur uehementioribus, & quae teguntur facillime, deprehendi furem nocturnum, & antea, quam redigatur in potestatem, occidi. Crediderim, ob maius periculum, sine quo furibus hodie non potest parci, maiorem quoque occidendi nocturni furis esse relictam facultatem.

E 3

§. XXXVII.

(q) L. IV. pr. ff. ad L. Aqu. (r) L. LIV. §. 2. ff. de furt. L. IV. §. 1. ff. ad L. Aqu. (s) L. IV. §. 1. ff. h. r.

§. XXXVII.

Quid autem fiet, si furem, cum furto fugientem, Dominus subreptarum rerum persequatur, eumque, cum telo resistere coepisset, occidat. Ambiguos nos hoc reddit in primis, quod furi tum demum, si in proprium aliquis coniciatur periculum, uis afferri possit. (t) Ille autem, cui fur aliquid subtrahit, in uitae periculo non uersatur, sed rerum suarum facit iacturam. Culpa autem sua, qui furtum passus est, subit discrimen, quia furem persequitur, illud ausus, ex quo homicidium oriri potest, cui tamen Lex Cornelia tam uehementer obstitit. Verum, si rem spectemus, & legem conferamus cum lege, tum demum, qui furem extinxit, poena censetur dignus, quando, cum eum apprehendere posset, occidere maluit. (u) Licet igitur unicuique res defendere suas & in eo, ut amissa recuperet, elaborare. Periculum igitur ad momentum deprehensionis est referendum, & si fur sine periculo tunc non poterit deprehendi, occisus quamuis, Lege Cornelia quaestionem non excitabit. Id quod nostris temporibus, cum alia tela, periculi plenissima, inuenta sint, uix uideam, quomodo fur nocturnus sine periculo adiri possit.

§. XXXVIII.

Pari ratione in (x) nullo uidetur peccasse, qui percussorem, ad se uenientem, gladio repulerit. Neque minus, qui

(t) L. IX. ff. h. t. (u) L. V. ff. ad L. I. (x) L. III, C. h. t.

qui aggressorem, uel quemcunque alium, in dubio uitae constitutus discrimine, occiderit, nullam ob factum metuat (y) calumniam. Haec uberius explicantur lege Aquilia, (z) Si quemcunque alium, ferro se petentem, quis occiderit non uidebitur iniuria occidisse. Dubio caret, illum, qui ne Lege quidem Aquilia reus constituitur, multo minus contra legem Corneliam deliquisse.

§. XXXIX.

In memoriam reuocanda sunt ea, quae iterum saepiusque dictauimus, ex instrumento, quo quis alicui uim intulerit, de homicidii proposito legem iudicare. Cum igitur, qui ferro alterum petiit, caedis inferendae uoluntate (a) praecessisse uideatur, ille, qui de capite periculum deiecit, (b) aggressorem iure interfecit. Eandem omnino sententiam amplectimur, si quidam eum forte occiderit, qui fuste ingenti, (c) alioque telo exitioso, daret impetum, siquidem, cum ex telo de animo ducatur coniectura, in hoc etiam animus occidendi adfuisse credendum est.

§. XL.

Verum tamen haud semper erit necessarium, ut ille, qui iure interfectus est, telo, aut insigni aliquo instrumento aliquem adoriatur, sed sufficit, eum, qui ho-

(y) L. II. C. h. t. (z) L. V. pr. ad L. Aquil. (a)
L. V. C. h. t. (b) L. III. ff. de I. & I. L. III.
C. h. t. (c) L. LIV. §. 2. ff. de furt.

hominem caecidit, *in dubio positum fuisse vitae discrimine.* Ita, cum duo me persequantur, alius autem in aditu viae augustae me fugientem retinere, & percussoribus, qui insequuntur, obicere cupiat, iure occidi, qui mihi tam graue salutis creauit periculum, omnino existimo. Iam, si homo robustissimus fuisse eum uerberaturus sit, qui uiribus haud multum possit, si plures uel baculis aliquem circumuenerint, & periculum sit, ne circumuentus, in potestatem aggressorum redactus, ad necem uerberetur, aut parieti illidatur, aut stranguletur, gladio istam uim iure reprimi, arbitrator. Paria igitur ut sint arma, leges non postulant. Et hoc recte quidem, quia & fussi caput hominis frangi possit. Quid autem, siquidam, quum leuiter uerberaretur, nec in ullo mortis esset periculo, caedem nihilominus tamen alicui intulerit. Hunc equidem ex lege defendi non crediderim. Hominem enim occidit, qui nec animo occidendi accesserat, neque ipsum in uitae discrimine constituerat, eamque iniuriam, quam iudex leuiori poena cohibuisset, ipse priuatus, atrocissime ultus est.

§. XLI

Ex illis, quae modo enarrauimus, clare apparet, eum uehementius persequi leges, qui gladio, & alio telo pestifero, siue animo occidendi, caedem commiserit, isti autem, qui periculum a capite auertit, etiamsi cum caede hoc factum sit, plurimum indulgere. Caveat tantummodo, qui a periculo liber est,
ne,

ne, aggressore, seu fure, redacto in potestatem, cum parcere illi posset, eum interficiat, quia tum aequae, ut percussor, coercetur.

§. XLII.

Restat, ut de illis uideamus, qui casu hominem occiderint. Casus quid sit, & quomodo definiatur in iure, constat. (d) Pro casu autem hoc loco non solum ille euentus, a quo animus noster prorsus abfuit, intelligitur, sed etiam, ad quem aliqua cogitatione nostra peruenerimus, qui tamen exitus, tum nostrae, tum aliorum sententiae, contrarius, & praeter expectationem omnium fuit hominum. Illius est generis, quando, telo emisso manu, homo eo sit traiectus, posteriori loco intelligitur, quando alicui ictum quidem inferimus, ita tamen, ut, morte ex tali iniuria rarius contingente, hominem interfectum iri, nemo credidisset. Quod tunc accidisse opinio est, si ex leuiori (e) ictu aliquis decesserit.

§. XLIII.

Hic casus contigisse facilius creditur, si pater, (f) cum filium emendare cuperet, si magister, (g) qui artes doceret alterum, corrigendi animo,

(d) Briffonius de uerb. signif. aliique. (e) L. I. §. 3. ff. h. t. L. V. C. h. t. L. 4. §. 1. ff. h. t. (f) L. III. C. de patr. potest. (g) L. V. §. 3. ff. ad L. Aquil.

mo, filium, aut discipulum, percusserit, & occiderit. Neque minor (h) castigandi facultas in seruos domino permiffa est. Et de Domino quidem, quantum ei concessum fit, uidimus. Patri autem, & magistro, tantum, ac domino, leges non indulerunt. Caueat igitur pater, magister, & propinquus, ne, castigandi animo, eo utantur instrumento, quod ab illis solet usurpari, qui occidendi animo percutiunt. Etenim, si atrocitas facti ius domesticae emendationis excedat, placet, enormis delicti reos iudicum tradi notioni (i)

§. XLIV.

Iusto etiam dolori indulgere nonnunquam leges, posuimus. Licet igitur domino interficere eum, qui uel ipsi, uel alicui ex eius familia, stuprum per uim inferre, conatus sit. (k) Quo autem caedes uideatur iusta, & excusetur, uim oportet esse allatam. Mulier itaque, interfecto, qui per uim conabatur extorquere pudorem, hac lege seruabitur incolumis. Quid autem de familia dicendum est. Nostris enim moribus, cum familia ex ingenuis composita esse soleat, potestas illa, qua antiqui utebantur in seruos, dominis amplius non competit. Veri autem est simile, illam occidendi facultatem propriam fuisse illius potestatis, qua domini in seruos erant exornati (l) Quamuis igitur,

(h) L. unica Cod. de emend. seru. (i) Lex unica Cod. de emendat. Propinq. (k) L. I. §. 4. ff. h. t. (l) L. XXIII. ff. ad L. Iul.

tur de domino dubitemus, nihilominus tamen ille, cui uis infertur, impune occidere poterit uitae(m) honestae tam turpiter insidiantem.

§. XLV.

Maritus etiam, si, impetu tractus doloris, uxorem, in adulterio deprehensam, interfecerit, a poena Legis Corneliae est immunis. Et maritus quidem, si domi suae caede exstinxerit eum adulterum, qui leno fuerit, artem ludicram fecerit, iudicio publico condemnatus, nec restitutus, fuerit, nullo prorsus subiicitur iudicio. (n) Si uero uel extra domum hoc fecerit maritus, uel ei adultero necem attulerit, quem occidere lege non licet, (o) poenam incurrit, ut ego credo, arbitrio iudicis definiendam. Cum enim marito data sit libertas cuiusdam adulteri occidendi impune, sequitur equidem, non omnem caedi impune adulterum, attamen transire ab eo, quod licet, ad alterum, quod poena legis Corneliae & capitali impeditur, menti legis uidetur repugnare. Iustus enim dolor, qui nonnunquam prorsus excusat, hic etiam adfuit, & denique nulla adest ratio, cur isti, qui occidit adulterum, domi suae deprehensum, aequè non debeat ignosci, ac illi, qui uxorem, deprehensam in adulterio, interfecerit. Patri tamen hac in causa plenior facultas data est (p) Huic enim filiam, quam

F 2

(m) L. I §. 4. ff. h. t. V. *sibi*. (n) L. XXIV. ff. ad L. Iul. de adult. coercend. (o) Loc. cit. (p) L. XX, XXI, XXII, XXIII, XXIV. ff. ad L. Iul. de adult.

quam in potestate habet, in adulterio deprehensam, simul cum adultero occidere licet, modo adulteri mortem cum filiae caede uno prope ictu ac impetu coniunxerit. (q) Maritus autem, qui uxorem, inuentam cum adultero, iusta incitatus ira, occiderit, si humiliori loco positus est, in exilium datur perpetuam, sin aliqua in dignitate constitutus ad tempus relegatur. (r)

§. XLVI.

Seruus etiam, qui domino aduersus percussores subsidium ferre obligatus est, Lege Cornelia non tenetur, si illum, qui domino sit insidiatus, occiderit. (f) Quae lex cum securitati domuum prospiciat, non immerito ob publicam utilitatem hodie quoque obtinebit. Si igitur liber homo, qui, accepta pecunia, mihi seruit, aduersus alterum, qui animo occidendi mihi uim fecerit, subsidium ferat, & uim uī repellens, caedem ediderit, hoc eum senatus Consulto defendendum esse non ambigimus. Ille autem, quem interimere omnibus fas est, transfuga appellatur, quem, tanquam hostem, ubicunque sit inuentus, interficere permittitur. (t)

§. XLVII.

(q) Leg. cit. (r) L. I. §. i. h. t. (f) T. ff. de Senat. Consult. Silanian. (t) L. III. §. 6. ff. ad Leg. Corn.

§. XLVII.

Cum autem in omnibus referat delictis maioribus, (u) num consulto, an impetu, committatur facinus, quaeri potest, num ebrietas (x) aut summa ira, delictum excuset. Noui equidem, ex disciplina militari in delictis quibusdam ob ebrietatem ignosci militibus, & poenam remitti capitalem. (y) Verum tamen, cum omnibus, ut nemo dubitat, eadem non sunt permissa, non inepte quaeritur, num ab eo, quod in causa quadam militibus indulserunt Imperatores, sit transitus ad caeteros faciendus, qui nomen militiae non dederunt. Multo maiori difficultate afficiuntur, qui ex illa Theodosii, (z) Arcadii & Honorii lege, in fauorem ebriorum aliquid eliciunt. Eadem tamen, mea quidem sententia, ratio, quae a furioso & mente capto legis poenam arcet, illum etiam ebrium, qui furioso par est animo, a legis poena defendat. Irae autem leges multum indulgere, me legisse, non memini. Etenim, si per ebrietatem aut furorem, aliquid delinquitur, quia haec uitia ex animo non oriuntur, sed animo accidunt, datur nonnunquam errati uenia. Ira autem animi est impetus, qui ex ipsa mente ortum ducit, & qui emendatione magis, quam excusatione, dignus est. Neque a legibus, cum de im-

F 3

(u) L. V. §. 2. ff. de poen. (x) L. XI. §. ult. de poen. (y) L. VI. §. 7. ff. de re milit. (z) L. unic. C. si quis Imper. maled.




petu loquerentur, irae facta est mentio, sed ebrietas tantum (a). De infante autem & furioso, cui mente captus comparandus nulla est dubitatio, siquidem hunc fati infelicitas, illum consilii, excuset, innocentia (b)

§. XLVIII

Accipe L.B. mente benigna quae, de sicariis ex Legge Cornelia proponi permittit temporis exiguitas. Animus quidem erat, uniuersam illustrare legem, eamque, cum canone collatam, ad nostri temporis usum referre. Quod meum consilium cum dimittere temporis angustiis essem coactus, in alium locum, si uitam Deus concefferit, reiiciendum esse sum arbitatus.

(a) L. XI. §. 2. de poen. (b) L. XII. ff. de poen.
L. V. §. 2. ff. ad L. Aqu.

F I N I S



COROL.

COROLLARIA.

I.

Sicuti possessio non est species iuris in re per se & sua natura, sed, quatenus accessoria ad reliquas quatuor, nempe dominium, hereditatem, seruitutem & pignus, ita quoque nullus datur genuinus color, seu fundamentum processus possessorii, nisi ex iure reali, nunquam ex iure ad rem.

II.

Quoties igitur in petitorio quis fundatus est iure reali, toties ipsi in possessorio contra turbationes succurritur, praeiudicat item & praeparatorie remediis adipiscendae retinendae & recuperandae possessionis, etiamsi nullum interdictum in iure nostro desuper reperiatur.

III.

Pessime sibi consulunt, qui doctrinam possessorii nostri ex interdictis hauriunt. In cognita enim tempore interdictorum fuit differentia inter summarium & ordinarium, neque leuato uelo procedere significat celeriolem processum, sed extraordinariam cognitionem, si uelum praetoris leuaretur, quod & iudices postea habebant.

IV.

Ineptus est & ualde insufficiens conceptus actionum duplicium, quod actor sit qui prius ad

G

iu-

iudicium prouocat, & forte dirimatur res, si uterque simul prouocet. Vterque enim actor est & manet, uterque reus per totam litem, cui nec renunciari potest ab actore sicuti alias, sed tacita reconuentio inest his iudiciis duplicibus, etiamsi a reo instituta non sit.

V.

Recte quidem in legibus dicitur, quod actio pro socio sit utrique directa, sed insufficientis iterum est hic conceptus. Est enim haec actio duplex, & ideo semper directa. Neutra enim admittit actionem contrariam, non uero utrinque directa semper est duplex.

VI.

Rarius actiones in rem scriptae rite percipiuntur. Parum enim mutantur ab actionibus realibus, &, sicuti instituta actione quod metus causa, pretium restituendum est possessori tertio, ita reliquae quatuor uix in minima parte naturam actionum realium inducunt.

VII.

Est itaque actio in rem scripta personalis, quodammodo realis facta, sed cum maxima restrictione, quae ex ipsis legibus haurienda, neque ob paritatem rationis alia quaedam fingenda est.

F I N I S



R

Religiosi ac veri Icti

officium in republica æque necessarium esse ac medici ægrotto, nemo forte negabit; eo enim posthabito, nequissimus quisque, cui opes, potentia, technæ linguæque procacia in promptu, virum probum, bonum hisque armis haud instructum adeoque inermem pro arbitrio ac lubitu indignis modis tractare spoliare ac tantum non eliminare poterit. Inde Cicero *Lib. I. de oratore*: Non enim causidicum neque proclamatorem aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus, sed eum virum, qui primum sit eius artis *antistes*, qui scelus fraudemque nocentis possit supplicio constringere, idemque ingenii præsidio innocentiam iudiciorum poena liberare: idemque languentem, labentemque populum aut ad decus excitate, aut ab errore deducere, aut inflammare in improbos, aut incitatum in bonos mitigare: Et paulo post: Sin autem quæreretur, quisnam iurisconsultus vere nominaretur: eum dicerem, qui legum & consuetudinis eius, qua priuati in ciuitate vterentur, & ad respondendum & ad a-

) 2

gen-

gendum & ad cauendum peritus esset; Hinc multa
 elogia Ictorum apud scriptores consignata leges,
 cumprimis vero ad sacerdotes *m. l. i. s. i. ff. de iust. &
 iur.* haud incongrue referuntur; ad quam legem in-
 ter Kleinii dissertationes speciatim quaedam de officio
 Iurisconsultorum sacerdotali typis exscripta est; Et
 certe egregie de hoc argumento Seneca in Epist. 113.
 Doceat me, quam sacra res sit iustitia alienum bonum
 spectans, nihil ex se expetens nisi usum sui. Nil sit
 illi cum ambitione famaue. Hoc ante omnia sibi
 quisque persuadeat: Me iustum esse gratis oportet.
 Parum est, adhuc illud persuadeat sibi: Me in hanc
 pulcherrimam virtutem vltro etiam impendere iuuet:
 ut tota cogitatio a ptiuatis commodis quam longis-
 sime auersa sit. Illud adhuc tibi affige, quod paulo
 ante dicebam: nihil ad rem pertinet, quam multi
 æquitatem tuam nouerint. Qui virtutem suam publi-
 cari vult, non virtuti laborat sed gloriae. Non vis
 esse iustus sine gloria? At me hercle! sæpe iustus esse
 debes cum infamia. Et tunc si sapias, *Mala opinio be-
 ne parva delectat.* Enimuero ut hæc christiano haud
 indigna sint verba, tamen in Definitione iustitiæ &
 quando alias de virtutibus de iustitia & iure prisici
 Icti ac Philosophi sat prolixè scripserunt, non pote-
 rant non cœcutire, utpote qui lumine reuelationis
 carebant; id quod Pater Quenellius in præfatio-
 ne ad Epistolam Pauli ad Romanos, luculenter ac do-
 cte demonstrat, ostendens primarium scopum Apo-
 stoli in hac epistola fuisse, ut contra depravatam le-
 gem moralem ethnicorum differeret ac sua effata pro-
 fer-

ferret, sicuti alias in scriptis suis legem ceremoniam Iudæorum maxime impugnaverit; Verum ut eunque hæc se habent, officium Iuris Consulti apud Romanos, quorum iura adoptauimus, honestissimum erat ad quod quivis e meliori luto adspirare sibi laudi ducebat: Militiæ enim aut eloquentiæ tentanda erat via, qua quis se posset tollere humo: at Orator & Iurisconsultus idem est, quoniam tunc temporis pro conditione reipublicæ liberæ, Icti seu aduocati maximum ornamentum in eloquio consistebat, & vix a Icti partibus, sicuti paulo ante citata verba Ciceronis euincunt, seiunctum esse poterat. Quod vero deinde maxime post tempora Augusti usque eo euiluerit officium hoc sacerdotale Ictorum, ut passim ac propalam contemptui esset, hæc erat causa, quod in republica ipsa iam summa imis misceri cœperant: literæ, artes, bonique mores vilipendebantur, quilibet erat curator sui, & proinde pro veris doctisque Ictis non nisi caussidici, rabulæ hominesque garruli existebant, quibus ad forum transcurrere rixas & discordias ferere, ac in turba lucellum quærere, non erat turpe; Sed non est ut ad hæc duntaxat tempora cogitationes nostras dirigamus: Quis enim ignorat quam parum fidei, & hoc quo vivimus ævo, attribuitur huic vitæ generi addictis, ita ut Ictus & homo irrelegiosus fere idem sit vulgo; At sicuti hæc convicia eos solum tangunt, qui Icti officium sacerdotale mentiuntur, de cetero vero vultures togatos agunt; Ita nullo non tempore ad honestam spem erectæ erunt mentes, ministri iustitiæ quibus in recto

) 3

decus

decus consistet ac tutamen, qui postliminio quasi antiquam fidem, sacerdotalem dignitatem ac sancta illa iura ordini suo asserant ac vindicent, in quem honestissimum numerum merito suo referendus est

Prænobilissimus ac Doctissimus Dominus

**IACOBVS BENEDICTVS
WINCKLERVS,**

Autor Dissertationis præsentis; natus hic est Lipsiæ die 12. Nov. anno 1699, Patre, GEORGIO WINCKLERO, hereditario in Dœlitz, Stüntz & Starstedel *Serenissimi ac Potentissimi Poloniarum Regis a Consiliis, nec non consule Lipsiensi meritissimo, gravissimo*, matre MARIA ELISABETHA WINCKLERIA, nata de BERGER; quorum parentum cura & ductu ingenium, quod capacissimum sortitus est, primum in scholis priuatis optimis quibusuis electis præceptoribus, iis artibus ac disciplinis, quæ ad uerum cultum mentis, & solidam eruditionem ducunt, felicissime impleuit: Sic bene firmatis fundamentis, ut maiora superstruerentur par erat omnino, idcirco *hic Noster* anno decimo septimo in Acadiam Witebergensem se contulit, ibique præceteris, ductoribus ac moderatoribus studiorum usus est, auunculo suo DN. IO. GVIL. de BERGER, *Sacræ Cesar. Maiestatis & Sereniss. Polon. Regis Consiliario*, a quo Hist. & eloquentiæ præcepta hausit; deinde iuris Romani cognitionem a CHRISTOPHORO, *Nobili Domino de BERGER; Seren. & Potentiss. Polon. Regis a consiliis aulæ & pro-*
uocat

uocat, & IO. BALTH. WERNHERO, *Ser. ac Pot. Polon. Reg. consiliario aulico & Facult. Iurid. Ordin.* Viris Clarissimis accepit, ac perdidicit cupidissime; Tum Lipsiæ redux per omnes partes Iurisprudentiæ, ciuilibus, canonicæ, ac feudalis iuit; Doctore cumprimis Viro Famigeratissimo LÜDERO MENCKENIO, *Ordinario Academia Lipsiensis dignissimo*, a Quo ut & a QVINT. SEPT. FLOR. RIVINO in doctrinis practicis, cumprimis processus Saxonici institutus est; neque quod ad ius germanicum pertineat, prætermisit, cui in scholis GOD. HOFFMANNI, nuñc *Professoris Francofurt. Primarii* operam dedit: pariter Collegia disputatoria, de quo iam specimina extant, frequentauit, atque ita ex omni parte recte institutus ac præparatus peregrina ora vivere libitum est, & primo quidem per Germaniam iter fecit; Ratisbonæ & Vindobonæ apud *Virum Perillustrem* perque orbem literatum Celeberrimum Io. HENR. de BERGER, *Consiliarium Imperialem Aulicum grauissimum*, auunculum suum aliquantum temporis commoratus, porro transiit in Italiam, fixit pedem Venetiis, Romæ, Neapoli, Florentiæ & Augusta Taurinorum, Genuæ, Mediolani; Tandem Visis omnibus quæ digna Visu sunt, virisque quorum in Orbe magnum nomen, salutatis, ac moribus, institutis, legibus harum quas adit gentium, obseruatis, qui peregrinationum verus vsus est, tandem Viennam reuersus, ibique tempore aliquo exacto apud dictum suum Auunculum, patrios lares Lipsiæ sanus ac sospes reuifit, sicque maturum consilium inuit, summos in utroque iure honores in *Alma hac Fridericiana*
fausto

fausto fidere capeffendi; ideo nos accessit ac ad con-
 fucta Examina admiffus est, in quo talem se præstitit,
 ut unanimi consensu ad reliqua progymnasmata e-
 denda admiffus fit. Proinde proximo die Lunæ,
 quæ erit 14. Mart. horis consuetis *Dissertationem suam*
Inauguralem ad Leg. Cornel. de Sicariis publice e Cathedra
 defensusus est; hanc enim tam erudite conscrip-
 sit, ut illibata ipsi reddita fit; cui actui solenni ut
Magnificus Dominus PRO-RECTOR, Illustr. CANCELLA-
RIVS, Illustr. Comites, Barones, Patres Academiae
 conscripti, Proceres, Myllæ, Ciues Academici, omnes-
 que bonarum literarum æstimatores interesse velint,
 decentissime inuitantur. Dab. Dom. Reminisc;
 M DCC XXIX.



00 4 6346

TA-01

ULB Halle 3
002 840 979




4

Rehe ✓







Q. D. B. V.
COMMENTATIONES QVASDAM
AD LEGEM CORNEL.
DE
SICARIIS,

SVB PRAESIDIO
DOMINI
SIMONIS PETRI GASSERI, ICT.
POTENTISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSI-
LIIS INTIMIS, ITEM BELLIC. ET DOMANIAL. IV-
RIVM ET RERVVM OECONOMICO-CAMERALIVM
PROFESSORIS ORDINARIJ, SCABINATVS IN DVCA-
CATV MAGDEBVRGICO ADSESSORIS, FACVL-
TAT. IVRID. H. T. DECANI,

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE
HONORIBVS RITE CAPESSENDIS,
D. XIV. MART. clō Iocē XXIX.
H. L. Q. C.
PVBLICE VENTILANDAS EXHIBET
AVCTOR,
IACOBVS BENEDICTVS WINCKLER,
LIPSIENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE
TYPIS IOANNIS GRVNERTI, ACAD. ET SENAT. TYPOGR.